8358
III

8358
III

Reguła Ks. Zmartwychwstańców.

+

1

8358

Uwagi tyczące się poprawy naszej Reguły.

I.

Im bardziej spodziewam się pomocy Bożej kochanemu Ojcu Piotrowi do przygotowania wielkiego dzieła poprawy naszej Reguły, tem śmielej podaję ku temu następujące Uwagi:

1.) Cała nasza Reguła, aczkolwiek arcymądra, napisana jest twardo, sucho, ciężko i nudno. Niechże Duch Boży łaską swoją wszystko to naprawi.

2.) Zapewne będą wprowadzone Rozdziały, Więc Finis i Fundamentum, staną się zapewne Rozdziałem Pierwszym. Niechże więc będzie przyciągającym do czytania następnych.

Zdaje mi się iż trzeba jego szyk zmienić, i nazwawszy Fundamentum et Finis, zacząć od Wychwalenia miłości Bożej, i że tą miłością a miłosierdziem Bożem, w Chrystusie nam okazanemi, przyciągnięci, ~~pragnąc~~ oddać Mu miłość za miłość chcemy mu poświęcić się z duszą i z ciałem

na żywot Zakonny, a odpłacając Jemu za Miłosierdzie, chcemy to miłosierdzie Jego przez żywot Apostolski ściągać i na bliźnich naszych. — Resztę trzebaby wypisać w słowach daleko krótszych i prostszych, i łatwiejszych do pojęcia prostaczków i malutkich, jeżeli taż Reguła ma służyć i dla Braciszków.

3.) Paragrafy od 3go do 8go, zdają mi się być niekończącym się nigdy nawiasem między Paragrafem 2im i 8ym. Nie tu ich miejsce, i niestosowna Redakcja.

4.) W Paragrafie 13ym określiłem dwa Ustępy, do ich wykreślenia nietylko stąd lecz i z całej Reguły, bo są tchnące pychą.

II.

Ponieważ Ojciec Piotr ma zamiar zmienić szyk w Rozdziałach, więc tego szyku mojemi o szyku uwagami nie chciałbym pomieszać. Wszakże zapytam:

1.) Czy Systemata naszą Regułą wskazane do Apostołowania, są na swojem miejscu w Regule mającej służyć i dla Braciszków?

2.) Czyby nie lepiej było pomieszczać to wszystko

w jakim Appendixie dla Braci Kapłanów?

3.) Radzę unikać rozpraw w Rególe.

4.) Radzę unikać długich Rozdziałów, a bardziej jeszcze długich Paragrafów.

5.) A co będzie z Konkluzią, z resztą nadzwyczaj ciężką, kiedy Stolica Apostolska nie potwierdza Proemium?

III

Do tych Uwag dołączam Exemplarz naszej Regóły z drobnemi na nim pomarconemi uwagami, które może się przydadzą.

3

1. Summus et ultimus finis hujus Congregationis gloria Dei est. Omnis enim honor et gloria necessario debetur Deo creatori ab omni creatura: Soli Deo honor et gloria in saecula saeculorum (Tim. I, 17); et gloriam ejus non quaerere error est, injustitia est, aberratio a fine, barathrum perditionis. Fratres igitur hujus Congregationis, reddentes quae sunt Dei Deo (Matth. XXII, 21), totam vitam suam ad hoc convertent, ut gloria Dei propagetur, ut sanctificetur nomen ejus.

2. Gloria Dei in regno ejus est: Benedictus es in throno regni tui, et superlaudabilis, et supergloriosus in saecula (Dan. III, 54). Jam vero regnum Dei tunc solum in nos adveniet, si prius abnegemus nosmetipsos, et omnino exinaniti totaliter nos Deo voveamus. Opus ergo et labor Fratrum ante omnia erit abnegare et exinanire perfecte semetipsos, ac dare locum Deo, ut gratia ejus operante adveniat regnum ejus in ipsos, et per ipsos, quoad dederit Deus, in proximos eorum.

3. Regnum Dei regnum est ejus voluntatis, veritatis et charitatis in nobis. Sola voluntas Dei sapiens est et erroris expers, sola ad regnum ejus et ad gloriam ejus adducit. Qui Dei voluntatem fideliter adimplet, necessario perveniet ad veritatem quae est Christus, loquens de semetipso: Ego sum via, veritas et vita (Joan XIV, 6), et cor ejus ardebit charitate, nam Deus charitas est (1 Joan IV, 16). Fratres ergo, exinaniti in propria voluntate, in propria ratione et in propriis affectibus, divina tantum movebuntur et vivent voluntate, veritate et charitate, ut proprio spiritu Congregationis nostrae. Tunc ipsi erunt regnum Dei, et Deus erit Dominus eorum, et in ipsis atque per ipsos fiet voluntas Dei, sicut in coelo et in terra, id est cum omni perfectione.

4. Hanc perfectionem toto conatu quaerentes, Fratres pro parte sua adimplebunt voluntatem Christi, qui vult ut simus perfecti, sicut Pater noster coelestis perfectus est. (Matth. V, 48). Quum autem vera perfectio in pura intentione consistat, intentio propter quam Fratres Deo se vovent et ei serviunt nihil in se habeat aut erroris aut mercenarii etc

Index.

Pnerdziecki Konstanty.

5

4. Hanc perfectionem quaerent Fratres ut adimpleant voluntatem Christi, qui jubet nos perfectos esse, sicut Pater noster coelestis perfectus est (Matth. V, 48). Quum autem intima perfectionis ratio in pura intentione consistat, studebunt Fratres ut intentio ipsa, propter quam Deo se vovent et Ei serviunt, nihil in se habeat aut servilis aut mercenarii, sed unice procedat ex filiali amore. Diligamus Deum quoniam Deus prior dilexit nos (1 Joan IV, 19); diligamus eum, quia ex amore creavit nos et redemit, ut filii Dei nominemur et simus (1. Joan III, 1); et non solum nunc filii Dei sumus, sed simus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus (ib. 2); diligamus eum, ut gaudium ejus in nobis sit (Joan XV, 11), cujus deliciae esse cum filiis hominum (Prov VIII, 31). Ideo amor noster vicem Deo reddere, solumque Deum in amando attendere, et in ejus deliciis suas proprias constituere debet. Charitas porro non quaerit quae sua sunt (1. Cor XIII, 5); quamvis igitur nostra et proximorum salus debeat esse continuum nostrum studium, et fructus necessarius (ejus quem suscepimus laboris), attamen ipsam hanc salutem et beatitudinem aeternam non propter nosmetipsos, sed propter Deum quaerere debemus, qui omnes homines vult salvos fieri (1. Tim. II, 4).

5. Verum ut omnes actiones nostrae, in Dei voluntate innixae et ad gloriam ejus tendentes, perfectos fructus afferant, necesse est ut huic perfecto fundamento accedat aeque perfecta executio. Ideo Fratres oculos defigent in Ducem etc.

6. Imprimis igitur, ut ad illam exinanitionem perveniant, quae in nobis initium est et fundamentum regni Dei, Fratres sinant cum Domino crucifigi et ad commoriendum cum eo adduci, eum in modum et iis mediis quibus ei uti placuerit; ut abnegantes semetipsos, viva fiant et jugis victima amoris etc

7. Tum vero in memoriam revocantes etc

8. Hujusmodi vita nostra omnino supernaturalis ac veluti in divinam mutata erit vera resurrectio nostra; et ideo etc (ut §. 6).

9. Haec porro vita Fratrum Congregationis, in omnibus plena et perfecte regularis ac religiosa, duplicem habebit actum etc.

10. Summa vitae regularis consistit una ex parte in votis etc

11. Altera ex parte regularis vita consistit in ~~adimplendo~~ assequenda perfecta intelligentia et executione *magni mandati* de diligendo Deo ante omnia et proximo sicut seipsum. (Matth. XXII, 37, 39).

~~12. Deus charitas est etc~~

12. Deus charitas est etc

13. Deinde charitatem fraternam, ex amore Dei procedentem, considerabunt Fratres ut alteram supremam suam legem; atque ~~praecipue~~ ~~in primis~~ studebunt id inter se (praecipue) implere, quod Christus omnibus suis discipulis commune esse voluit, sumentes quasi peculiariter ad se dicta verba Salvatoris: *Mandatum novum do vobis* etc.

ANTE MISSAM.

Veni Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
etc.. etc.

℣ Emitte Spiritum Tuum; et creabuntur,
℟ Et renovabis faciem terrae.

Oremus.

Deus qui corda fidelium &c

Postea Sacerdos potest alloqui Recipiendum. Interim Recipiendus se tenet ad aliquem pulpitum vel genuflexorium supra quod posita est Imago Crucifixi et liber Regulae, et appositus Cereus postea accendendus.

Deinde MISSA.

Quando Sacerdos se communicat, Recipiendus una manu tenens cereum, qui jam inde ab elevatione accensus erat, alia vero manu paginam votorum, quam longe prius conscripsit, et meditando corde et mente versavit, accedit ad pedes altaris.

Sacerdos post sumptionem Calicis, dicto a ministro: Confiteor, convertit se et dicit:

Misereatur vestri &c.
℟ Amen.

Indulgentiam, absolutionem &c.

℟. Amen.

Deinde ad Recipiendum dicit:

Q. Quid petis, Frater, a Domino in Congregatione nostra?

℟. Viam perfectam ad vitam aeternam, in pleno gaudio Domini.

Q. Relinquis ne Dei gratia: diabolum, et mundum, et omnia tua, et temetipsum?

℟. Relinquo.

Q. Visne venire ad Christum, et sequi Eum semper?

℟. Volo.

Q. Deo gratias! Fac igitur, Frater, quod te Christus docuit, et redde Ei vota tua.

℟. Ego N. N. etc (recitat vota)

Votis a Recepto nuncupatis, Sacerdos convertit se ad altare, sumit in manus Sanctissimum Sacramentum, et iterum conversus ad Receptum, dicit pro more:

Ecce Agnus Dei &c.

XIII

De Praeposito Missionis nullius domus.

§ Praepositus Missionis ~~quae~~ ad nullam domum pertinentis, ~~sed~~ qui directe ~~directe~~ a Praeposito Generali nominatur, ~~ex ipso solo pendet~~, delegata potestate gaudet et in omnibus ~~et~~ ex ~~missione sua regenda~~ Praepositi ~~pa~~ Generalis ~~repraesentat~~ ordinaria auctoritate pendet.

§ Constituitur in munere suo ad tempus non ~~in~~definitum.

§ Cetera omnia quae in Capite de Rectoribus Missionum dicta sunt eumdem effectum habent si ~~appli~~ Praeposito Missionis nullius domus applicentur, nisi quod ea quae ibi dicuntur ~~dicta sunt~~ de Praeposito domus, hic ~~intelligenda~~ aptanda sint ad Praepositum Generalem, et ita obligant ac si hic conscripta essent.

§ ~~Hoc autem~~ Si hujusmodi missio nullius domus, ~~non in uno loco constituta esset, sed alteram~~ unam aut plures etiam habeat colonias, tunc pro ratione amplitudinis missionis illius, Praepositus Generalis ~~etiam~~

Ideo Fratres ~~sedulo~~ enixe curabunt ut ipso ~~desiderio~~ quidlibet possidendi desiderio et omni rebus creatis adhaerendi affectu expertes sint; maxime vero ~~ne~~ ad Spirituales et intellectuales falsas divitias animum ~~ac~~ convertant. Itaque fugiant sedulo et exhorrescant considerationem et aestimationem suimetipsius, suae excellentiae, ~~suae naturae facultatum~~, ~~suarum facultatum~~, ~~suorum meritorum aut virtutum~~ et copiarum suae ~~naturae~~, animi meritorum, vitae virtutum; ipsam sanctitatem et perfectionem nec considerent nec ~~desiderent~~ sibi proponant ut proprium bonum; sed maxime in his spiritualibus coram Deo vere pauperes sint, omne bonum soli Deo ~~tribuentes~~ adscribentes, Ejusque solius infinitis divitiis, et magnificentiae gloriam tribuentes.

Caput IV

De Studio operandi.

Caput IV

De studio operandi.

(20) Vera religiosa paupertas consistere non potest sine studio omne ~~operandi~~ tempus suum in operando insumendi; ex altera vero parte hoc operandi et laborandi studium necessarium est ad voluntatem Dei jugiter implendam, ac proinde ad ipsum nostrum finem consequendum.

Quum vera religiosa paupertas ~~non sinit~~ jubeat Fratres ~~tempus~~ considerare ipsum tempus non tanquam proprium bonum sed tanquam Deo dicatum; quum ~~ac~~ propterea illud secundum Dei voluntatem ~~ipsi~~ totum insumere ~~Sciant~~ debeant, studium operandi et laborandi secundum ~~voluntatem Dei~~ vocationem suam sanctum sibi habeant.